Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35268
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



182

Qualiter per viam compromissi est eligendi et potestas in commissos tradita.

In nomine domini amen. Hore memorie est significatum tenore presencium universis quod cum olim discordia materia questionis seu controversie inter venerabilem virum dominum N. abbatem monasterii sancte Crucis in Austria ordinis sancti Benedicti Pataviensis diocesis ex una parte et conventum eiusdem loci ex altera super quibusdam articulis et capitulis ad ipsum abbatem et conventum pertinentibus verteretur coram reverendo in Christo patre et domino domino Johanne dei et apostolice sedis gratia episcopo Pataviensi et ipsius curie officiali, tandem placuit omnibus et singulis a predicto abbate seu talibus sup hoc specialiter requisitis per formam compromissi eidem curie de iuramento prestito ipsum dominum episcopum iudicem eligere. Unde quod omnes predicti abbas et conventus dissensiones discordias et controversias huiusmodi ac quascunque alias quas inter se habebant et habere poterant ac habere videbantur quovismodo in futurum ac omnes causas et causam quas et quam contra se invicem habebant et habere poterant ac habere videbantur quovismodo in futurum coram prefato domino episcopo Pataviensi vel eius officiali ac quibuscunque aliis iudicibus ecclesiasticis et secularibus quibuscunque locis et quibuscunque personis ac quibuscunque